



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

VII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11903**



Prosecuti victoriam Principes Urbem ob-  
 fident, † pagi viciniore incensi, arbo-  
 res fructiferæ contra frigus succisæ. Ci-  
 ves hisce damnis irritati frequentes erum-  
 punt; in Bruleto magnis animis certatum  
 est, verum desideratis utrimque multis  
 fugati Cives, & incensa suburbia, sicque  
 ad pacis leges † accipiendas Erfordia co-  
 acta. Ipsius Landgraviæ intercessione  
 lis composita, ut Civitas agnitâ Balduini  
 administratione impensas belli Electori,  
 Decanum libertati suæ restitueret: Mo-  
 guntinus Civitati renovaret privilegia,  
 hæc vicissim mille argenti marcas solveret.  
 Comites qui à parte Urbis steterant, datâ  
 Balduino mulctâ facinus expiarunt. \*  
 Tandem Balduinus administrationem de-  
 posuit, & Clerus se Pontifici submittens  
 Henricum ad Sedem admisit. Is postea  
 Fratrem suum Comitem de Virnburg, &  
 Consiliarios Erfurtum ablegavit, (a) qui  
 cum Præposito S. Severi, † Clerum & Se-  
 natum conciliarunt.

*Ad leges pa-  
 cis adigitur  
 & qua illor*

\*MCCCXX  
 XVII.

*Clerus &  
 urbs conci-  
 liantur.*

VII.

\*MCCCXX  
 XVIII.

Melius deinde Fredericum inter, & Er-  
 fordienfes convenit, quippe \* pacto cum  
 eo fœdere (b) de pace publica Provinciæ  
 communi ope tuendâ, eidem sæpius ar-  
 mis adfiterunt, cujus rogatu (c) Nebram  
 acri

(a) MS. Chron. Petrensia.

(b) Instrumentum super hoc fœdere conceptum vid. in refutatione in-  
 formationis Saxonice exhibitâ Monasterii Westphalorum in tra-  
 ctatibus pacis lit. F.

(c) MS. Erfurt.



*Nebramex-* † acri obsidione expugnant, & exurunt  
*pugnantEr-* Eodem (a) anno ArchiEpiscopus † Urbem  
*surtenses.* monetandi jus quingentis libris in sin-  
*In monetã-* gulos annos elocavit, ita tamen ut mone-  
*li cõducunt* tarius provisorio Moguntino annuè juraret,  
 ipsumque signum in Curiã Moguntinã re-  
*Assistunt* linqueret. Eidem Frederico † contra  
*Landgravio* Güntherum comitem de Schwarzenburg,  
*contra Vi-* & Hermannum Vinariensem auxiliatur:  
*nariersem* (b) pauca verba contemtim in Landgravi-  
*comitem.* um prolata bellum atrox, & Vinariensi  
*Causa belli.* fatale causerunt: † quippe cum Herman-  
 nus in Erfordienſi Curiã à Senatu epulo ex-  
 ciperetur, atque cum foeminis & Virgini-  
 bus vel nobilitate, vel formã commenda-  
 tis choreas duceret, contigit Frederi-  
 cum Urbem, & in eã propè Curiam tran-  
 sire, quo viso Hermannus de fenestrà,  
 Frederice unde? Frederice quo? exclam-  
 mat. Manifestius erat vilipendii signum,  
 quod nomen Landgravii vulgari idiomate  
 ut inter pares solet, per (c) monosyllabon  
 exprimeret. Indignè tulit hoc Landgra-  
 vius, & majorem injuriam interpretatus,  
 quod publicè contemtui habitus esset, cum-  
 que in alienã Urbe confestim vindicare  
 non auderet, per Deum juravit, se non  
 acquieturum, priusquam Hermannum,  
 ut ab eo compellaretur Dominus, ad egre-  
 set.

(a) Desuper documenta extant in Archivis.

(b) MSc. Chronica Erfurtensia, Rivander & alii Historici Thuringici hoc anno.

(c) Fris woher? Fris wohin?



set. Mox utrimque bellum paratur, Viniariensis cum Günthero foedus paciscitur. Landgravius suas in partes hanc Urbem trahit, cujus viribus potentior, ingentem stragem comitibus infert, incensis passim ac devastatis eorum urbibus & pagis, demolitis etiam Vippach, aliisque arcibus, præter Dornberg & similes, quas integras sibi Erfurtenses, & Landgravius servarunt. Post hæc † Arnstadium obsidetur, cumque scalæ jam muro applicarentur, de necdum captâ prædâ dissidium inter Landgravium & Urbem oritur. Erfurtenses auxiliorum suorum præmium poscebant, aut si nollet Landgravius, solo æquandum esse. Econtrà Fredericus Arnstadium sibi tanquam Domino directo Arnstadini comitatûs, imò belli Principi, non concesseratis deberi contendit. Erfurtenses crescenti Landgraviorum potentia invidi, relinquere Comiti Civitatem, quam pro Frederico expugnare maluerunt. Igitur cum testudinibus suis, & scalis, & omni apparatu remeant. Obsidione solutâ Fredericus Vinariam versus exercitum ducit. Erumpunt in Erfurtenses Arnstadini, & ad portas usque Erfordia premunt. Cives Landgravio confestim hostium insolentiam nunciant, ille receptui canit, suaque Arma Erfordiensibus, qui eruperant, jungit, pugnatum ab Urbe usque in pagum egestet, † ubi Schwarzenburgenses planitiei commoditatem amplexi

*Obsidetur  
Arnstadium.*

*Pugna inter  
utramque  
partem.*



aciem formant. De summâ rei comites,  
 hinc acerrimè pugnarunt ; dispersa acie  
 uterque † comes in hostium manus inci-  
 dit, captivi è pugna Erfordiam illicò mis-  
 si. Landgravius fugientes cum copiis ad-  
 usque Arnstadium insequitur : Aderat ibi  
 inopinatò Comes de Virnburg † Henrici  
 Moguntini Frater, qui comitibus duo mil-  
 lia (a) virorum in suppetias adduxerat.  
 Credo non imperio fratris, sed partium  
 studio permotum. Hic recentibus  
 copiis, defatigatum pugnâ Landgravium  
 adoritur. Redintegratæ acies, eoque res  
 devenerat, ut Fredericus undique cinctus  
 fugam non hostium, sed suam extremâ di-  
 micatione quæreret. Fama delata Erfor-  
 diam copias Landgravii cæsas esse. † Ab-  
 bas D. Petri de sepulturâ eorum, (b) qui  
 ceciderant sollicitus, currus aliquot cum  
 religiosis ad arenam infelicis pugnæ mittit,  
 ut postremo humanitatis beneficio, inter-  
 emptos terræ mandarent, aut si nobilio-  
 rum cadavera jacerent, ea curribus impo-  
 sita ad solennis pompæ funus adveherent.  
 Pertinaci defensione prælium ad Vesperam  
 usque Fredericus traxerat, quâ currus fu-  
 nerales appropinquabant. Religiosi in  
 tam Humano pietatis officio sanctos se  
 credentes audacter pergunt. Comes de  
 Virnburg miserè deceptus, per nebulas  
 & mixtum aëri pulverem adventantes  
 dubiè

(a) MS. Erfurt. alii ducentos referunt.

(b) MS. Chron. Petrense.



dubiè discernens, nova esse pro Landgravio auxilia, dum timuit, credidit, datoque illi evadendi spatio ipse fugit. Fredericus atroci vulnere faucibus Erfordiam revertitur, ubi Chirurgi operâ vulnus coalluit. Atque hac victoriâ sui juramenti votum Landgravius obtinuit, titulo Domini postea à Vinariensi honoratus, eundem præterea comitatu † exiit, paulò post eâ lege restituto, ut comite mortuo Frederico cederet, sicque potens ille Comitatus Erfordiae viribus ad Landgravios devolutus est. Non tamen sine prædâ Erfurtenses pugnarunt, quibus pagus Zimmern † antea Schwarzenburgensium, isto bello cessit. Saxo præter Vinariensem Orlamundæ comitatum accepit.

\* Vix arma deferbuerant, & aliud malum Urbem excitavit. † Hermannus Comes de Stolberg in arce sua Erichsberg prædones fovit. (a) Hi vicinis, Northusiae præsertim, & Quedlenburgo graves omnia diripiebant. Querelæ ad firmatricem pacis Erfordiam deferuntur, hæc una cum Landgravii & Mülhusinorum, ac Northusiae cohortibus arcem, & in eâ prædones obsidet. Nulla iis nisi in victoria spes, quâ non obtentâ, non supererat turpissimæ mortis effugium, nisi ut manu hostium in pugna caderent. Igitur tam feroci audaciâ se defenderunt, ut, an homines oppugnarent, ancipites essent obsiden-

G 3

tes.

Comitatus  
Vinariensis  
& Orlamundæ  
Landgraviatus  
accedit.

Erfurtenses  
Zimmern  
accipiunt.

VIII.

\* MCCCX  
LV.  
Erichsberg  
expugnant.

(a) MS. Chronica Erfurt. & Rivander hoc anno.